



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Thomae Młodzianowski, Polonie, Societatis Jesu,
Prælectionum Theologicarum Tomus ...**

De Metaphysica, Logica, Octo Libris Physicorum, Generatione, Corruptione
Et Anima

Młodzianowski, Tomasz
Moguntiae Et Dantisci, 1682

Index II. Conclusionum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95667)

INDEX I. TITULORUM.

De specibus intensiōis.	98	Quæ combinatio Aquæ.	<i>Punctum Difficultatis 2.</i>	III
De impedimentis Intensiōis.	100	Quæ combinatio acri debita & terræ.	<i>Punctum Difficultatis 3.</i>	III
De resistentia qualitatum.	101	De ipsa Mistione.	QUÆSTIO II.	
De resistentia formarum sita in appetitu conservatiōis suæ solitaria.	103		DIFFICULTAS I.	III 6
De resistentia per Reactionem & Repassionem.	104		An, quid, & quarum conditionum Mistio.	ibid.
De remissione.	107		DIFFICULTAS II.	
			Quomodo elementa maneant in misto.	III 7
			DIFFICULTAS III.	
			Solvuntur objectiones.	III 8
			QUÆSTIO III.	
			De proprietatibus Misti.	III 9
			DIFFICULTAS I.	
			An gravitas & levitas sint qualitates distinctæ realiter.	ibid.
			DIFFICULTAS II.	
			An gravitas & levitas sint qualitates speciales.	III 10
			DIFFICULTAS III.	
			An gravitas & levitas sint una, an duæ qualitates, & de illis, prout sunt in elementis.	III 11
			DIFFICULTAS IV.	
			An Elementa gravitent & levitent in propriis locis.	III 12
			DIFFICULTAS V.	
			An gravia & quæ cadant deorsum.	III 14

INDEX II.
Conclufionum.

DISPUTATIONE I.
De Generatione.

Quid per alios Generatio. Per Aristotelem est mutatio totius in totum, nullo sensibili manente ut subiecto eodem. Hæc descriptio convenit ordinaria, & à causis secundis perfecta generationis. Sed non generationi ut sic. Qui salvari possit de ratione generationis mutationem esse.

In generatione, respectu formæ materialis, concurrunt dispositiones, & dispositivè & effectivè, respectu autem formæ spiritualis substantialis dispositivè sed non effectivè. Imò nec concurrunt simpliciter ad conservationem animæ rationalis. Nisi restrictè acceptam. Generatio pro nativitate sumpta, est origo viventis à vivente principio conjuncto, in similitudinem naturæ. Generatio est distincta ab alteratione. Posito quòd detur unio modalis spiritualis, non potest illa produci à parentibus, nec potest referri in Deum. Sed producitur ab anima unibili.

Terminus totalis generationis est compo-
situm. Licet illius sub diversis nominibus acce-

ptæ, diverſi ſint termini formales in adæquati.
Divina generatio, eſt perfectiſſima generatio.

De Conversione.

Definitivè conversio, est actio per quam ali-
quid sit aliud quid. Varia ejus diversi. Di-
stinguitur à conversione. Debet versari inter
duos terminos positivos. In illa manere debet
aliquid commune. Debet item in illa esse de-
finitio termini à quo. Conversio simul inferens
replicationem deposcit ut terminus Ad quem
reproducatur. Quantumvis illa reproductio
non sit ratio formalis conversionis. Ad con-
versionem quâ talem, non requiritur productio
termini Ad quem de novo.

Terminus formalis A quo totalis. Simpliciter definire debet in conversione. Non tamen debet definire ipsa forma spiritualis. Licet naturaliter forma materialis definire debeat. Deberet tamen definire etiam forma, si esset conversio in qua forma converteretur in aliam formam. Dum definit corpus Christi sub speciebus sacramentalibus, non debet dici corpus Christi converti in illud succedens totum.

De Au-

INDEX II. CONCLUSIONUM.

De Augmentatione.

Essentia augmentationis non stat in motu unitivo quantitatis maioris. Nec fit per productionem formæ aut novæ unionis. Nec per actionem terminatam ad unionem unionum. Quid augmentatio. Quæ ejus divisio.

Augmentatio fit per partes aliquotas. In illa agens non agit per interpositas morulas.

Etiâ augmentatio accidentalis, non interrumpitur moralis. Non est continua in qualitatibus habentibus contrarium. Quæ nota, quod qualitas augeatur per partes aliquotas.

Nullus est terminus magnitudinis in augmentatione non viventium. Quid de termino parvitas?

Species augmentationis est Rarefactio. Quæ non debet referri in quantitatem. Nec fit per intromissionem corpusculorum. Proponitur primus modus explicandi Rarefactionem. Et alius, per qualitatem superadditam.

Quid sentiendum de densitate.

DISPUTATIONE II.

De Alteratione.

Quid Qualitas. Alteratio definitivè est mutatio in qualitatibus, per quam subjectum, aliter se habet, & non fit aliud. Quomodo perficitur.

De Intensione.

Intensio non fit sola majori contrariæ qualitatis expulsionem. Nec per productionem novæ qualitatis. Nec per productionem novæ existentie ejusdem qualitatis.

Nec per ejusdem formæ majorem unionem. Sed per additionem unius gradus ad alium. Gradus intensionis sunt homogenei. Intensio rerum materialium, habet terminos parvitas. Potest dari indivisibile qualitatis, sed non intensionis. Non habet omnis qualitas terminum suæ magnitudinis in intensione.

Simile in omnino simile, non potest agere. Nec minus intensum in passum magis intensum. Nec similia in intensione, dissimilia in materialibus agendi conditionibus. Densitas & major extensio, confert quidem ut actio sit celerior, & per majorem sphaeram. Sed non ut plus de qualitate producat. Non est tamen necesse, ut agens & passum, distinguantur suppositis.

Quid reflexio? Quibus qualitatibus conve-

nit? Rigorose aliud est refraçtio aliud reflexio. Quæ ratio majoris intensionis ex reflexione.

Datur resistentia qualitatibus. Est duplex. Quid illa. Quid resistentia formarum, sita, in appetitu conservationis.

Ad pernoscendam naturam Reactionis & Repassionis, explicantur varii termini. Datur Reactio & Repassio. Pars repassia non movetur duobus motibus contrariis &c.

DISPUTATIONE III.

De Mixture.

Prinçipia mixture sunt elementa. Quid illa. Quot. Primæ qualitates sunt, quæ neque ex aliis, nec ex se mutuo fiunt, sed ex ipsis oriuntur cæteræ, sunt quatuor. Quomodo definiendæ. Sunt illæ quid positivum realiter distinctum.


Quæ combinatio debita Igni, Aquæ, Aeri, Terræ. Datur mistio. Est definitivè miscibilium alteratorum unio. Variæ ejusdem conditiones.

Elementa manent nonnisi virtute in misto. Quid qualitates secundæ. Gravitas est qualitas distincta realiter à substantia. Distincta item à primis qualitatibus.

Levitas non est sola negatio gravitatis. Nec principiatur ab eadem qualitate, à qua principiatur Levitas. Non est absoluta in elementis, sed respectiva. Probabile est ignem & aerem nullo modo gravitare. Elementa nec gravitant nec levitant in propriis locis. Magis grave celerius cadit deorsum. Si non detur major gravitas, hoc est intensior, sed solum extensio, non videtur probari posse, quod majus grave, velocius sit movendum deorsum.

De Corruptione.

Quid per alios corruptio si illa spectetur ratione termini qui est forma, est desitio actus physici in subjecti potentiam. Corruptio autem totius est desitio totius. Corrupta forma materiali & manente ejus subjecto, non erit dicenda res illa annihilari. Nec sufficit ad annihilationem utcumque desitio subjecti. Desinente toto, tam quoad formam quam quoad subjectum, manentibus tamen accidentibus, verè adhuc erit annihilatio. Si maneat materia eadem, ex qua accidens fuit educum, & postea conservatum actione creativa, desinaturque accidens esse, non annihilatio tunc, sed corruptio erit.



TRACTA-



